Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

horrescat. Nam cum prepositis delinquimus. eius ordini
qui eos nobis pretulit obuiamus. Vnde moyses quoq;
cum contra se & aaron conqueri pplm cognouisset ait.
Hos enim quid sumus. quia murmuratis contra nos. non contra
nos est murmur uram sed contra dnm. VI.
Aliter ammonendi sunt serui atq; aliter domini.
Serui scilicet ut in se semp humilitate conditionis aspiciant.
Domini uero ut naturę suę qua equalitate sunt cum seruis con
diti memoriam non amittant. Serui ammonendi sunt ne
dominos despiciant. ne dm offendant si ordinationi illius
superbiendo contra dicunt. Domini quoq; ammonendi sunt
quia contra dm de munere eius superbiunt. si eos quos per con
ditionem tenent subditos. equales sibi per naturę consor
cium non agnoscunt. Isti admonendi sunt ut sciant se seruos
esse dominorum. illi ammonendi sunt ut cognoscant se con
seruos et seruorum. Istis namq; dicit. Serui obedite do
minis carnalib. Et rursum. quicumq; sunt subiugo serui
dominos suos omni honore dignos arbitrentur. illis autem
dicit. & uos dm eadem facite illis. remittentes minas scien
tes. quod & illorum & uester dns est in celis. VII.
Aliter ammonendi sunt sapientes huius sci. atq; alit
hebetes. Sapientes quippe sci ammonendi sunt ut
amittant scire qd scium. Hebetes quoq; ammonendi sunt
ut appetant scire que nesciunt. In illis hoc primum

ad esse fios

ad mores